



Pecca-tó- res, te rogámus audi nos.

Ut nobis **parcas**, te rogámus audi nos.

Ut nobis **indúlgeas**, te rogámus audi nos.

Ut ad veram paeniténtiam nos perdúcere **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut Ecclesiám tuam sanctam ' régere et conserváre **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut Domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdenes ' in sancta religióne conserváre **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut inimícos sanctae Ecclesiæ ' humiliáre **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut régibus et princípibus christiánis ' pacem et veram concórdiam donáre **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut cuncto pópulo christiáno ' pacem et unitátem largíri **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut omnes errántes ad unitátem Ecclesiæ revocáre, ' et infidéles univérsos ad Evangélii lumen perdúcere **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio ' confortáre et conserváre **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut mentes nostras ' ad caeléstia desidéria **érigas**, te rogámus audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris ' sempitérna bona **retri**buas, te rogámus audi nos.

Ut ánimas nostras ' fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ' ab aetérna damnatióne **erípias**, te rogámus audi nos.

Ut fructus terrae ' dare et conserváre **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut ómnibus fidélibus defúntis ' réquiem aetérnam donáre **dignéris**, te rogámus audi nos.

Ut nos exaudíre **dignéris**, te rogámus audi nos.

Fili Dei, te rogámus audi nos.